

DISPUTATIO SECUNDA.

De Actione, & Reactione.

Quia alteratio praesertim exercetur media actione, & reactione inter contraria, expediens visum est, antequam de ipsa alteratione tractemus, disputatione de natura actionis, & reactionis instituire: & quia, quid sit actio, & passio, satis declaratum est in Physic. disp. 7. qu. 3. hic tantum conditiones illas, & circumstantias, quae interveniunt, quando contraria invicem pugnant agendo, & reagendo, examinabimus.

QUESTIO PRIMA.

An simile possit agere in simile.

Lures esse conditiones ad actionem requisitas notavimus disp. 7. Physic. 4. existentiam scilicet, indistantiam, distinctionem agentis a passio, & dissimilitudinem; ibi declaravimus, quod passio existens sit simpliciter necessaria; similiter indistantiam localem univervsaliter non requirit, sed sufficere indistantiam virtutis, seu virtuales contactum, non quoad agens debet a se necessario virtutem quandam diffundere utiq; ad passum per medium interceptum protensam, quamvis enim hoc dici possit de actione accidentali, nequit tamen de substantiali actione verificari, quia quilibet virtus ab agente diffusa est accidentis, quod minus, sed dicere agens debet immediatum esse passio per virtuales contactum, quatenus, uti habet Scot. 4. 44. qu. 3. in fin. per suam substantiam immediate attingit, seu inducit formam in passum localem diffans, sed adhuc in propria sphaera agentis contentum; non secus ac essent simul localiter unita, unde fundamentum ferè unicuique nostrae opinionis sumi debet ex actione substantiali, quae nequit ab aliquo accidente, etiam ut est virtus substantia, prodire, sed immediate ab ipsa substantia, ex dictis disp. cit. quae ut plurimum est loco diffusa a passio.

Nec contra hanc sententiam aliquid fecisset, quod urget Joan. de S. Thom. 7. Physic. qu. 2. art. 2. & 3. quod cum agens educat e passio formam ut passio inexistens, & ex utriusque concursu fit forma, iam virtus agens debet esse passio unita. Tum quia non potest agens circa materiam, nisi fit illi subiecta, & determinata; non est autem alius modus determinandi, & subiciendi materiam agenti, nisi penes contactum, & propinquitatem, nam remotum est indifferens ad quodcumque agens, cum respectu nullius habeat conjunctionem unionis, vel propinquitatis, per quam determinatur ad unum agens. Haec imbecillia sunt, ad 1. enim dicimus sufficere, ut forma ex concursu agentis, & passii fiat, quod agens, & passum sint appropriata intra sphaeram agentis, intra quam potest agens per suam substantiam agere immediate, & per virtuales contactum modo explicato. At 2. satis determinatur materia ad unum agens, quod est intra sphaeram illius, cui intelligitur unita per conjunctionem virtuales.

Circa distinctionem agentis a passio solum dubitari possit, an idem possit in seipsum agere actione univoca, de quo in seq. loquemur; actione autem univoca fusc offendimus ibid. art. 2. & disp. 1. 5. q. 8. art. 2. & disp. 3. de Caelo q. 2. non requiri hanc distinctionem, sed idem quandoque posse in seipsum agere. Superest, ut aliam conditionem examinemus, quae a necessario agens debet esse dissimile passio, & an ista dissimilitudo debeat habere aliquam proportionem.

ARTICULUS I.

An requiratur dissimilitudo inter agens, & passum.

Passum potest agentis assimilari dupliciter, vel in natura specifica, ut cum habet formam, quam agens potest in ipsum passum producere, sive sit in eadem intensioe sive non, ut duo calida, vel assimilari potest non tantum in natura specifica, sed etiam in eodem gradu, ut duo calida, ut quatuor, si similiter dissimilitudo duplex est, vel in natura specifica, & est cum passum totaliter caret forma producibili ab agente, vel est in gradu, ut quando non habet eam in eadem intensioe, quae potest ab agente produci, ut est calidum ut duo respectu calidi ut sex, quae dissimilitudo, ut patet, stat cum priori similitudine. Utraque verò duplex est, formalis, & virtualis, ut colligitur ex Scot. 4. d. 44. qu. 2. in fin. & hoc quia agens est duplex aequivoce, & univocum; primum, ut habet Doct. quol. 1. 5. ad 1. princ. & d. 3. qu. 7. scilicet est, cuius terminus productus non est eisdem rationis cum forma, quae in ipso est ratio agendi, unde solus virtualiter in agente continetur, ut cum Sol producti calorem; agens univocum est, cuius terminus productus est eisdem rationis cum ratione agendi, ut cum calor producti calorem; similitudo, & dissimilitudo virtualis tam in natura specifica, quam in gradu cadit inter agens aequivoce, & passum proprium, formalis verò est inter passum, & agens univocum. Potest adhuc alia similitudo, vel dissimilitudo intervenire inter agens, & passum, scilicet in quibusdam accidentalibus conditionibus, ut sunt raritas, & densitas; maior, & minor moles; possunt enim duo calida aequè intensa hoc pacto differre, ut agat se altero densius, vel majus. Querimus igitur, an agens ut unum, debeat esse dissimile passio, & an quaecumque dissimilitudo in natura, & in gradu, non est dubium, quin ad actionem sufficiat, calidum enim potest agere in frigidum, nisi resistentia frigoris impediret actionem calidi, de quo infra; & calidum ut sex potest calefacere calidum ut duo; dubium est, an dissimilitudo in densitate, & magnitudine sufficiat ad agendum, an verò necessario requiratur dissimilitudo in natura, vel in gradu, ut sit impossibile naturaliter omnino simile agere in simile; non est autem sermo in fine actionis, sed in principio.

De agente aequivoce univervsaliter dicitur ferè quaestione hanc non habere difficultatem, conceditur enim posse agere in simili, seu in passum habens formam similem, in natura, & in gradu formae ab aequivoce agente producibilis. Sed vera non majores ingerit difficultates haez quælibet in agente univoco, quàm in aequivoce, ut videbimus. De illo enim univoco agente conceditur communiter, quod aliqua dissimilitudo requiritur, sed Mart. 1. de gen. 1. 8. Nyphus 6. 2. super c. 8. Tol. 1. 2. Scot. 2. Physic. qu. 4. ad 2. docent ad agendum sufficere dissimilitudinem in densitate, vel mole, ita ut densius, vel majus possit agere in rariis, & in minus quamvis in natura, & gradu qualitatis conveniant; videtur etiam sequi Dandinus 2. de an. digress. 23. Communis opinio requirit saltem dissimilitudinem in gradu, ita Peripatetici cum Arist. principie 1. de gen. 48. & seq. & Medici cum Galeno lib. 2. de simpl. medicam. facult. c. 18.

Dicimus 1. supposito, quod simile non possit agere in simile, de quo in seq. conel. dissimilitudo in densitate, vel mole non sufficit ad actionem; est Scoti infra cit. loquimur autem de mole, & densitate agentis, non mediè, clarum enim est agens quoad omnes virtutes intensivas, ut supra diximus in lib. de Caelo. Prob. autem conel. vel densitas est ratio productiva istius majoris qualitatis, vel conditio sine qua non; si secundum habetur intentum; quia nulla conditio potest esse ratio, quae agens producat perfectius se, & nobilius, hoc enim repugnat naturae principii productivi, cuius est producere imperfectiorem effectum, vel saltem aequè perfectum, non perfectiorem ex dictis disp. 7. Physic. conditio enim non augeat virtutem productivam intensivè. Si ellet ratio productiva, sequeretur densitatem simul calefacere, & frigescere, quia si ellet agens calidum ut 4. & frigidum ut 2. si applicaretur passio, ageret per calorem & frigus, & si ellet densius, fortius ageret calefaciendo, & frigesciendo per densitatem, ergo densitas simul calefaceret, & refrigeraret respectu ejusdem passii, non enim ellet major ratio, cur potius cum calore concurreret, quàm cum frigore. Tum quia densitas ellet principium activum partiale, unde si ellet sine calore v.g. adhuc calefaceret. Tum quia ellet quoddam universale principium potens partialiter concurrere cum qualibet activa qualitate, quae omnia sunt falsa. Idem de magnitudine dicendum; nam idem admittitur densum posse intendere sibi simile rariis, eo quod plures habeat gradus in pluribus materiæ partibus, & ex his majorem virtutem agendi; sed corpus magnum respectu minoris habet etiam plures gradus in pluribus partibus materiæ, quare idem de densitate, & magnitudine dicendum.

Accedit principaliter, quod sequeretur posse produci qualitatem supra octavam gradum, si scilicet daretur agens rariis, & calidum ut octo, hoc namque si concederetur, poterit producere qualitatem supra octo gradum. Tum quia deberet admitti posse simile agere in omnino simile, tam scilicet in natura specifica qualitatis, & in gradu, quàm in densitate, & mole; prob. sequo. quælibet pars agentis agit in quavislibet parte passii, ut infra, itaque omnes agens est majus secundum omnes liti partes qualibet parte minima passii, ergo si majus agens potest agere in passum minus simile illud intendendo, quia ratione poterit agere in unam partem minorem passii, igitur poterit agere in omnes, quae eodem modo agit in omnes, ac si flet una solum; quare poterit agere in omnino simile; quod non concederet adversarii; alia adducemus in solut. rationum, ubi magis explicabitur hæc conclusio.

Dicimus 2. agens aequivoce posse agere in sibi virtualiter simile tam in specie, quàm in gradu, ut agens univocum requiritur eisdem formalem dissimilitudinem in gradu; conclusio hæc docetur à Scot. 1. d. 17. qu. 3. supra R.R. in additione ibi apposita: nam licet in secunda ratione, quàm ibi conficit contra Gof. supponat agens remissius posse in intensioe agere, & indifferenter loquatur de agente univoco, & aequivoce, tamen in illa additione, quae declarat aperte, & restringit doctrinam traditam in secunda ratione ad solum agens aequivoce. Prima pars de agente aequivoce prob. experientia, si grave producus pondus ut duo in passio sibi subiecto, si illi opponatur grave ut unum, intendit impulsionem illam ut tria, & tamen impulsus, & pondus à primo gravi productum excedebat virtutem istius gravis. Similiter idem conficitur in trahentibus navim, quorum

rum quilibet aeger impulsus, aut trahentem illam excedentem vires singulorum. Insuper fit vinctu virtualiter calidum ut tria, applicetur cor porci calido ut quinque intendet calorem ut patet, & tamen calor ille excedit virtutem vini. Idem etiam offendi folet de pluribus luminosis intendentibus lumen in medio productum, quod à quolibet illorum non potest produci; sed de hoc infra; quapropter poterit agens aequivoce agere in passum continens in se formam similem illi in gradu, quae virtualiter potest ab illo agente produci, imò perfectiorem.

Secunda pars de agente univoco communiter quidem asseritur, sed adhuc non est à Doctoribus adinventæ sufficiens ratio ostendens inter agens univocum, & passum debere intercedere hæc dissimilitudo in gradu; omnes enim vel non concludunt, vel aequè urgent de agente aequivoce, ut patet dictis per illas, vel aequè urgent de agente aequivoce, quod calidum v.g. ut 4. non potest agere in passum calidum etiam ut 4. Tum quia effectus nequit excedere in perfectione illum causam, si illud calidum intendit illud passum, iam calefere calorem ut quinque, & sic effectus nobilior sua causa. Tum 2. finis agentis est assimilare sibi passum, quae assimilatio affectiva ceitat actione, ergo quando reperit passum assimilatum, non est, cur agat in illud, potius enim redderet illud dissimile sibi, quam simile. Tum 3. illa non agunt ad invicem, quae non habent contrarietatem in ratione principii activi, sed quæ sunt in gradu similia non habent hæc contrarietatem, ergo, &c. Tum 4. agens agit, quatenus est in actu, passum patitur, quatenus est in potentia, sed duo similia habent actu eandem qualitatem, ergo unum non potest dici in actu, & alterum in potentia. Tum 5. omnis actio physica provenit ex victoria agentis supra passum, si enim agens non superaret passum, non posset in illud agere, sed similia in gradu non excedunt, neque vincunt, cum unum alteri non resistat, vel opponatur, ergo, &c.

Istæ rationes retorqueri possent contra agens aequivoce, & ab omnibus solum debent. Prima fit valeret, probaret vinum calidum virtualiter, ut unum, non possent intendere calorem ut quinque existentem in corpore humano, nec grave ut unum intendere pondus ut quinque cautatum in trutinâ à gravi ut quinque, nam calor ut sex resiliens & pondus ut sex excederet virtutem caloris. Nec jurat dicere dispartitatem esse, quæ agens aequivoce cum fit nobilior, & perfectior, poterit compensare id, quod est de majori intensioe in effectu, non sic in univoco, quae est ejusdem rationis. Non valet, quia excessus effectus in perfectione non attenditur penes perfectiones entitatum absolute, aliter quia grave remissum ellet simpliciter perfectius quoniam pondere intenso, poterit illud producere; sed attendi debet penes proportionem ad virtutem activam, ergo cum calor ut sex excedat virtutem vini, non potest ab ipso intendi. Quapropter negatur calorem ut quinque esse adæquatè effectum calidi ut 4. sed inadæquatè, ratione scilicet quinti gradus de novo producti, qui non excedit calidum, ut 4. Secunda ratio urget, quod agens aequivoce, nam sicut finis agentis univoci est assimilari sibi passum formali similitudine, & univoca, ita finis agentis aequivoce, ut notat Scot. 2. dist. 2. quæst. 10. supra B. est assimilare sibi passum virtuali similitudine, & aequivoce, ergo quandoconque reperit passum virtualiter assimilatum, non debet in illud agere, quia potius redderet dissimile, quàm simile, & tamen agit. Idcirco dicendum finem agentis esse assimilare sibi passum in eo, quod est ab ipso agente producibile, non ideo, quod passum aliunde recipeat, sic calidum ut 4. potens producere calorem ut duo, ut tria, si hinc introducitur in aliud calidum ut 4. assimilat illud sibi in calore producibili ab ipso non in calore præexistente, quod de agente aequivoce necessario ellet dicendum. Præterquamquod, ut notat Arist. 1. de generat. disp. 5. qu. 43. lect. 2. non licet semper à sine arguere in physicis, aliter quando non posset agens conlequi finem, nullo pacto ageret, quod est falsum, si enim nulla monstra evenirent, nec potentia nutritiva nocivum aliquid converteret in substantiam aliter, ellet enim contra finem intentum à natura, ob quem tribuit hanc potentiam vegetantibus, qui ellet viventes conleqvatio. Tertia, nil concludit, luminofolum enim agit in aere, in quo nullum ellet principium contrarium, sic de gravi de vino, & aliis exemplis adductis dicendum, sufficit enim quod passum habet capacitatem formæ ab agente producibilis. Quartus non minus concluderet de aere ut unum ellet in actu virtuali ad producendum pondus ut unum, passum actualiter ab alio gravi habens pondus ut unum, recipit inoblivionem novum pondus ab illo gravi; & hoc quia passum ellet in potentia ad superiores gradus ponderis, ergo idem de passio, & agente univoco dici poterit, cum enim calidum ut 4. sit in potentia ad superiores gradus caloris, quamvis habeat quatuor gradus, poterit à calido ut 4. pati. Quinta ratio, ut patet, parum valet; hæc enim victoria attendi debet, quatenus passum fit potens ab agente recipere formam; unde resistentia potius impedit, quàm fit causa actionis, solum dici debet causa retardationis, & successioe, non ipsius actionis, cum ergo calidum ut 4. sit potens recipere alios gradus caloris si aliud calidum ut 4. in illud agere, verè diceretur actionem ex victoria agentis provenire, sicut corpus humanum patitur à vino, quamvis in se continet intensiorem calorem, quàm possit à vino produci.

Secundo arguit loqu. Quia gradus qualitatis sint ætherogenei, ita ut quinque gradus v.g. non nisi à quinto grado producti possint; idcirco nequit calidum ut 4. intendere aliud calidum ut 4. quia nequit producere quintum gradum, qui ellet omnino alterius rationis ab aliis, & hæc est ratio fundamentalis Aristelii. Tum quia quodlibet pateretur à quolibet, quia pateretur à contrario, & à simili.

Hæc quoque rationes probant etiam de agente aequivoce, nam si gradus sunt alterius rationis, ergo non potest agens aequivoce potens solum unum gradum producere, & consequenter primum gradum, intendere qualitatem ut tria, ut 4. &c. & tamen videmus oppositum, non tantum in impulsu (quem Arist. suffinet intendi per gradus homogeneos) sed etiam in calore, ut diximus de vino, præterquamquod falsum est gradus esse homogeneos, ut fufius disputat. sequent. Secunda, etiam parum urget, nam etiam in actione aequivoce passum patitur à simili virtualiter; etiam dicimus, non legi à quolibet pati, quia nec quodlibet ellet contrarium, vel simile, sed dantur entia dispartata, respectu quorum passum non ellet in potentia passiva.

Quapropter folet hæc pars probari experientia, nam si calidum ut unum applicetur alteri calido ut unum, non ob id evidens calidum ut duo, & intensius; sic fit aque calidæ à quodam qualitate adjungatur, non fit calidior, idem de igne conspicimus; signum evidens unum non agere in aliud, propter similitudinem in gradu. Difficultas autem est in assignanda ratione, cur agens aequivoce, si reperiat in passio qualitatem similem in gradu illi, quam potest efficere, adhuc ager, non sic agens univocum. Ex quia difficile valde est rationem à priori assignare, nam neque assignari poterit certa ratio, quæ demonstratur à priori hanc formam esse activam, non illam, ut docet Scot. 1. dist. 7. qu. 10. V. maxime enim ellet major formæ perfectio, & tamen videmus multa imperfecta esse activa, non verò perfectiora, ut notavimus disp. 7. Physic. qu. 6. art. 2. solum dici possent idcirco hoc agere, non illud, quia hoc ellet hoc, illud ellet illud. Si igitur nequit assignari ratio à priori, cur aliquid ens sit activum, vel non, neque etiam poterit à priori reddi ratio, cur aliquid ens sit hoc, vel illo modo activum, nisi quia hoc est hoc, illud ellet illud.

Poterit tamen reddi ratio à posteriori, & tangitur à Scot. 1. d. 17. qu. 3. supra R.R. in illa additione, quam amplectitur Valq. p. 2. disp. 80. c. 1. & alii Recentiores, quia scilicet agens aequivoce semper habet in se nobiliorem formam, quam fit qualitas ab ipso producibilis, & alterius rationis, non sic agens univocum; & quod sequitur, quod si agens univocum ageret in simile in gradu, cum fit eisdem rationis cum illo, hæc sequeretur absurdum, Tum quia non ellet major ratio, cur potius hæc agat in illud, & non è converso, ut arguit Arist. 2. de gen. p. 10. & 51. imò ad invicem agere agens eisdem rationis. Tum quia eadem aquæ calidæ secundum partes extremas læ calefaceret in media parte. Tum quia idem posse seipsum intendere actione univoca, si enim calidum ut unum potens ellet producere calorem ut unum in calido, ut duo, ut tria, &c. ergo etiam in seipsum, quod esse falsum dicemus seq. seq. Tum quia omnia ellet ignis, aut saltem calida in summo, nam si duo calida ad invicem agant actione eisdem rationis, ergo tandem læ intendere quousque ad summum gradum caloris pervenirent.

Dices hoc non sequi, non quia calidum ut unum non sit aptum agere in calidum ut unum, sed quoniam qualitates contrariæ in mixto non reperitur ut sole, sed semper cum admixtione contrariæ qualitatis, hinc si ellet duo calida ut quinque, ellet etiam ambobus frigida ut tria, unde non poterit producere nisi calorem ut quinque, quia capacitatis subiecti solummodo ellet ad octo gradus qualitatis, & quamvis augeatur calor ex una parte, augeatur frigus ex alia, at in elementis, ut in igne, non possunt duo ignes introducere nisi calorem ut octo, ad quem consequitur statim forma ignis; & ab ipso agente non suscipit magis, & minus, ideo omnes ignes sunt quælibet perfectionis, nec petunt calorem, nisi ut octo, & hæc ratioe duo ignes non introducunt intensiorem calorem, & si ellet duo calores separati, & similes in gradu, possent concedi mutuo agere. Solum urgeti possent de luce, & lumine, sed non habent contrarium; at in nostra sententia non habet difficultatem; quia lux producit lumen aequivoce actionis, ut dicemus.

Hæc tamen ratio licet videatur satisficere de facto propter admixtionem contrariæ qualitatis; absolute tamen nec videtur verè, posse duo calida separata similia in gradu ad invicem agere, & mutuo læ intendere; quamvis enim mutua causalitas in eodem genere, sed secundum diversas rationes quandoque non repugnat ex dictis disp. 8. Physic. qu. 1. art. 1. ut si discipulus evadens doctior magistro, doceret illum, attamen videtur implicare, quod simul hæc causalitates exerceatur, ut eveniret in proposito; statim enim ad duo calores ellet ad invicem applicati, simul agerent, ut calor A. intendat calorem B. & simul à calore B. intendatur, & gradus productivum iterum à seipso intensibilis in infinitum, quod est absurdum; sic enim non ellet calor ut 4. perfectioris activitatis, quam calor ut unum, uterque enim haberet activitatem producendi calorem intensiorem in infinitum. Hæc absurda non sequuntur in agente aequivoce, eo quod cum sit alterius rationis, quamvis agat in simile non ob id pateretur ab affectu producti, nec actio in infinitum, aut saltem in summum cresceret, licet namque vinum calefaciens stomachum à calore stomachi calefat, non idcirco intendit actio, quia non calefacit stomachum per calorem formalem, sed per virtuales; qui ellet alterius omnino, & perfectioris rationis.

Concludimus igitur agens univocum non posse agere in simile in natura, & in gradu, etiam dissimile in densitate, vel magnitudine, unde ad minimum requirit dissimilitudinem in gradu, & agens aequivoce non requiritur necessario hæc dissimilitudinem in gradu, sed posse in simile agere; adhuc tamen aliqua intercedit dissimilitudo, quatenus scilicet hoc agens supponit passum sibi carentia formæ producibilis ab ipso agente, quamvis aliam similem habeat ab

agere in calidum ut unum, sed quoniam qualitates contrariæ in mixto non reperitur ut sole, sed semper cum admixtione contrariæ qualitatis, hinc si ellet duo calida ut quinque, ellet etiam ambobus frigida ut tria, unde non poterit producere nisi calorem ut quinque, quia capacitatis subiecti solummodo ellet ad octo gradus qualitatis, & quamvis augeatur calor ex una parte, augeatur frigus ex alia, at in elementis, ut in igne, non possunt duo ignes introducere nisi calorem ut octo, ad quem consequitur statim forma ignis; & ab ipso agente non suscipit magis, & minus, ideo omnes ignes sunt quælibet perfectionis, nec petunt calorem, nisi ut octo, & hæc ratioe duo ignes non introducunt intensiorem calorem, & si ellet duo calores separati, & similes in gradu, possent concedi mutuo agere. Solum urgeti possent de luce, & lumine, sed non habent contrarium; at in nostra sententia non habet difficultatem; quia lux producit lumen aequivoce actionis, ut dicemus.

Hæc tamen ratio licet videatur satisficere de facto propter admixtionem contrariæ qualitatis; absolute tamen nec videtur verè, posse duo calida separata similia in gradu ad invicem agere, & mutuo læ intendere; quamvis enim mutua causalitas in eodem genere, sed secundum diversas rationes quandoque non repugnat ex dictis disp. 8. Physic. qu. 1. art. 1. ut si discipulus evadens doctior magistro, doceret illum, attamen videtur implicare, quod simul hæc causalitates exerceatur, ut eveniret in proposito; statim enim ad duo calores ellet ad invicem applicati, simul agerent, ut calor A. intendat calorem B. & simul à calore B. intendatur, & gradus productivum iterum à seipso intensibilis in infinitum, quod est absurdum; sic enim non ellet calor ut 4. perfectioris activitatis, quam calor ut unum, uterque enim haberet activitatem producendi calorem intensiorem in infinitum. Hæc absurda non sequuntur in agente aequivoce, eo quod cum sit alterius rationis, quamvis agat in simile non ob id pateretur ab affectu producti, nec actio in infinitum, aut saltem in summum cresceret, licet namque vinum calefaciens stomachum à calore stomachi calefat, non idcirco intendit actio, quia non calefacit stomachum per calorem formalem, sed per virtuales; qui ellet alterius omnino, & perfectioris rationis.

Concludimus igitur agens univocum non posse agere in simile in natura, & in gradu, etiam dissimile in densitate, vel magnitudine, unde ad minimum requirit dissimilitudinem in gradu, & agens aequivoce non requiritur necessario hæc dissimilitudinem in gradu, sed posse in simile agere; adhuc tamen aliqua intercedit dissimilitudo, quatenus scilicet hoc agens supponit passum sibi carentia formæ producibilis ab ipso agente, quamvis aliam similem habeat ab



alio agente, & consequenter supponit passum dissimile virtualiter virtuti ipsius agentis, quae dissimilitudo tollitur per actionem, per quam passum virtualiter redditur simile.

11. Contra 1. concluf. arg. experientis, nam ferrum candens ignit fluppm, certum autem est plus caloris esse in igne, quam in non igne, ergo plus caloris esset in fluppa producta, quam existeret in ferro, quod ex materia ferri densitatem. Aer congelat aquam, & tamen non est tam frigidus, quam aqua congelata, hoc igitur provenit ex majori quantitate aeris. Was aenium vino pleo minus frigidus in puteo, magis, quam aqua. Flamma major destruit minorem, ergo agens majus, quamvis simile in gradu, potest agere in minus. Carbones minus urunt, quam flamma; & aqua glaciat magis frigida, quam fluida, ergo densitas materiae facit intensius agere. Calor junctus siccitati fortior est, quam humiditas unitus, ergo dissimile in conditionibus, quamvis simile in gradu, poterit agere. Accedit ratio, quia in majori magnitudine major virtus existit 8 Phyl. 80. & in materia densiori fortior virtus reperitur, quae ex 1. Methoor. cap. 12. virtus unita fortior, sed ex quoqueque excessu virtutis agentis supra passum oritur actio, ergo cum densius, & majus excedat rarius, & minus in virtute, inter illa cadet actio. Tum quia majus, vel densius agit in majori distantia, ut patet, ergo intensius etiam agit, & pro conseq. nam agit uniformiter difformiter, & quo magis protrahitur actio in remotum, eo partes propinquiores agentis sunt intensius, ergo si intensius agit in remotum, quam rarius, & si similia sit in gradu, in propinquiori parte intensius quoque agere.

Resp. in ferro adeffe quosdam particulis ignis inclusas in poris juxta dicta disp. 4. de Caelo q. 2. art. 3. vel dicendum, idcirco fluppm ignis, non quia ferrum causet intensiorem calorem, quam sit in se ipso, sed quia minor calor ad ignitionem requiritur in subiecto, quando in illo adeff quoque raritas, & siccitas, quam si haec qualitates non adessent. A qua non glaciatur solum a frigore aeris, sed etiam a frigore ex halationum terrarum, & siccatum, quae semper regnant, cum sit glacies, nam semper est glacies cum siccitate, & ventis septentrionalibus, qui admixtum habent multum terrae exhalationis; vide disp. 1. num 143. & 145. Vas in pulvere immisum frigidum sentitur, vel quia propria forma substantialis concurrat ad refrigerationem, vel quia major densitas juvat, ut mox dicemus; vel quia non habet admixtas exhalationes calidas excentes & terra. Flamma major minorum absumit, quia pabulum ejus totaliter consumit, & devorat, non quia agit in minorem. Carbones, & glacies fortius agunt, quia citius, non quia supra proprias vires agant, ut mox dicemus. Calor siccitati unitus videtur magis calefacere, quia magis ad ignitionem disponit, in se vero eodem modo calefacit. Ad rationem dicimus in densiori, & majori mole esse majorem virtutem extensivam, non intensivam, ideoque productur effectus citius in majori distantia, & etiam intensior, habita comparatione ad intensiorem ejusdem effectus, in quo productur effectus sine densitate, vel tanta mole, non tamen intensior fieret, quam esset, nisi ipsa virtus agentis activa: nec hoc est absurdum, quia densitas, & moles sunt dispositiones ad agendum, ergo quo sunt perfectiores, eo perfectior erit actio, non intensivè supra virtutem activam principalem, quia per illas non intenditur virtus, sed solum extensivè, hinc neq. conseq. quod possit in rarius, vel in minus agere, ad hoc enim exigitur intensior virtus.

12. Contra 2. concluf. arg. Tum experientis, nam sint duae phialae aequales, & omnino similes vitreae, ejusdem duritiae etiam in gradu ignis collidantur, vel utraque, vel certe altera frangetur, ergo simile agit in simile. Sint etiam duo ligas aequè calida, confricantur ad invicem, incumbuntur secundum calorem. In eadem parte aeris, in qua est species visibilis unius parietis, agit etiam species visibilis alterius parietis omnino similes. Idem apparere de speculo immittente species in aliud speculum simile. Similiter sint plures candelae hoc modo dispositae per lineam reclam: sit altera quidam, in quo fit foramen aequale flammæ candelae, per quod debeat proici lumen in partem oppositam, candelam directè opponatur ad foramen, jam proiciet & lumen, cui candelæ si addas secundam per lineam reclam, intenditur lumen in partem; si iterum tertiam addas, etiam lumen in partem redditur intensius ex quo non solum sequitur secundum, in partem lumen agere in partem, sed etiam altero flexu ipsa virtus agentis luminatum, fed etiam tertiam candelam agere in partem, & primam, & secundam in primam, quia nequeunt alia candelae in partem transmittere lumen, nisi per primam candelam juxta posttam ad foramen tabulae, ergo simile poterit agere in simile. Item furni, & saxum quandoque spontè comburantur. Triticum nimis calefit, nisi aere refrigeretur, & ventilatio. Carbones separati extinguuntur, uniti conservantur, & accenduntur.

Resp. exemplum primum non esse ad propositum: nam principium fractionis est durities impulsiva, quae haec duo causet, scilicet motum partium rei alia in contrarium, & illarum divisionem ob impotrabilitatem. Ex quo patet, non esse agentia univoca, sed æquivoca. Illa etiam ligna non incenduntur univoca actione per calorem, sed æquivoca per motum attritionis, sic quoque calefiunt ad injicim manus. Idem dicendum ad exemplum de speciebus visibilibus in eadem parte aeris, vel in speculo. Exemplum de lumine valde conorquet Thomistas afferentes ipsius productionem esse univocam, unde multas congerit responsiones; breviter tamen dicimus cum Scot. 2. d. 13. q. 1. esse productionem æquivocam, eo quia lumen est species visibilis lucis, unde sicut duae species ejusdem rationis in eadem parte aeris proprie non intenduntur, fed sunt duae species numero distinctae, ita de lumine à duobus lucidis producto

dicendum, ut scilicet in lib. de an. quare negamus unam candelam in aliam, gere intendendo illam, non enim lucidior conspicitur, sed solum, quia alicalem habet diaphaneitatem, per primam secundam transmittit propriam speciem visibilem ad parietem, scilicet lumen. Accessio fieri, & furorum non potest causari ab actione in simile, aliter semper eveniret, sed in fenao ab agente extrinseco nimis quandoque calefaciente; & propter majorem dispositionem materiam, in furnis vero, quia aliquando partes ignis diu conservantur propter intensiorem accensionem, unde incendium posse caufatur; Calefactio critici, ut notat Aret. provenit ex virtute vegetativa in illo existente, quae est causa, ut in terra fat germinet, ad germinationem autem requiritur calor naturalis, unde calefactio illa est æquivoca actio, idem dicendum de simo columbae, qui concepit ignem, si impediatur evaporatio, haec enim actio æquivoca est à forma substantiali. Tandem carbones invicem conservantur, quia major quantitas juvat ad resistendum magis contrariis oblationibus, nec illa conservatio est propria actio ex dictis disp. 7. Phyl. q. 2. accenduntur autem, quia moles facit ad majorem extensionem actionis, qualis est illa.

13. Secundò arg. ratione. Tum quia inter duo similia adstant omnia requilita ad agendum, nam in primis adest agens scilicet calidum ut 4. potens quatuor gradus caloris producere, adest passum potens illos quatuor gradus recipere, capacitas enim ipsius extendit usque ad 8. ergo si approximat, lequitur actio, prob. conseq. nam si quid esset oblatum, esset forma similitis præcedens in passo scilicet calor ut 4. sed hoc potius juvare debet, quam impedire, quia actio facilius sequitur, ubi est minor resistètia, forma contraria resistit, similitis potius disponit materiam ad receptionem alterius formae similitis, dummodo fit composibilis cum illa, ut in casu luno octo gradus caloris; vel in necessario requiritur aliqua contrarietas, jam in illo passo adstant quatuor gradus frigidis, in quo possit agere calor. Tum quia idem potest agere in seipsum etiam univoca actione, ut patet in reflexione, & antiperrillasi, ergo multò magis in aliud simile. Tandem mixtum homogeneum est intrinsece corruptibile, ergo una pars alteri similitis (aliter non esset homogeneum) poterit in aliam similem agere, ut sequatur corruptio.

Resp. ad 1. in modum esse formalem similitudinem in speclæ, & in gradu inter illud agens, & passum; nec actio luno impeditur à majori resistètia contrariis, verum etiam ab omnimoda similitudine, ratio hujus est à posteriori assignata in concluf. Ad 2. dicemus q. leg. Ad 3. mixtum illud non corrumperetur, nisi pars aliqua ab extrinseco alteretur; quod sufficit, ut corruptibile dicatur; vide disp. seq. q. 3.

ARTICULUS II

An ista dissimilitudo debeat esse secundum proportionem majores inaequalitatis.

14. Determinavimus in præced. art. inter agens, & patiens debere dissimilitudinem aliquam intercedere, maxime si est agens univocum: & quavis hoc universaler in quolibet actione fit verum, specialiter tamen habet locum in actione inter contraria, de qua præcipue loquitur Arist. hic, ut potè quia generationi interv. & qua agens nititur introducere in passum formam, passum vero resistit per formam contrariam sibi inherentem, ne agens in ipsam agat, tripliciter autem possit inter se comparari, primò ut activitas agentis sit omnino aequalis cum resistètia passi, & hæc dicitur dissimilitudo secundum proportionem aequalitatis; secundò, ut resistètia superet activitatem agentis, & dicitur dissimilitudo secundum proportionem minoris inaequalitatis; tertio, ut activitas agentis superet resistèntiam passi, & dicitur dissimilitudo secundum proportionem majoris inaequalitatis: quæritur igitur, an necessarè requiratur illa tertia dissimilitudo, an verò quælibet sufficiat; & loquimur de resistètia formali, quam explicuimus disp. præced. qu.

Prima opinio est Burlæi 3. Phyl. com. 15. Tol. i. de gener. qu. 13. Valf. contr. 44. Mercen. lib. 2. dilucidat. 7. desumpta ex lib. de gener. afferentium non semper requiri ad actionem dissimilitudinem secundum proportionem majoris inaequalitatis, sed fed quocumque sufficere alteram minoris inaequalitatis; idem videtur P. Faber theor. de react. ad 1.

15. Dicendum est tamen cum communis, actionem semper procedere à proportionem majoris inaequalitatis; ita colligitur ex Scoto 2. d. 2. quæst. 9. Z. ubi ait, ad hoc ut movens moveat mobile, debere ipsius resistèntiam vincere, & superare, quod est agere à proportionem majoris inaequalitatis, idem habet q. 10. Probatur ex Arist. de gen. 34. & 38. ubi ait tunc fieri augmentationem alicujus, quando multum agens excedit passum: mixtionem vero, quando quodammodo agens, ubi non ait, quando æquatur, sed adit ly quodammodo, ut denotet, ad actionem semper requiri proportionem majoris inaequalitatis; idem reperit 1. de Caelo 7. & 2. de gen. 48. Accedit ratio, quia agens agere in passum est introducere in ipsum formam; quam intendit producere sua activitate, passum vero resistere agenti resistèntia formali est impedire, ne agens formam contrariam inducat, ergo quando passum actu resistit, nunquam potest agens agere, & tunc agens actu agere; quando passum non amplius resistit, ergo resistèntia passi semper debet esse minor activitate agentis; prima conseq. patet, nam esse nequeunt simul actualis resistèntia, & actualis actio, aliter contradiçtoria verificaretur, scilicet quod inducatur, & non inducatur forma, inducitur enim quia agens agit, non induci-

inducitur, quia passum actu resistit; secunda consequentia prob. posse agere arguit potentiam in agente, non posse resistere arguit impotentiam in passo, ergo quando passum non resistit, est signum, quod non est actus resistere, cum sit naturaliter resistens, & consequenter major erit potentia agentis, quam resistèntia passi.

16. Resp. duplicem esse actionem, unam cum victoria agentis, & est, alteram agens perfectè, & omnino transmutat passum, alteram sine victoria, ut cum agens non ex toto passum destruit, sed ad invicem pugnant, & labentur; primò sit ex proportionem majoris inaequalitatis, non secunda, argumentum, & Arist. loquitur de prima actione, non debet in aliqua ipsius parte introducere formam contrariam, ergo secundum illam partem, secundum quam fit actio, agens debet excedere passum, ergo quælibet actio est victoriosa, & sic à proportionem majoris inaequalitatis, antecedit est clarum, conseq. prob. eodem modo, ut in arg. princ. quia passum secundum illam partem amplius non resistit. Tum quia sequetur, nunquam posse actionem agentis totaliter impediri, quia tunc impediretur, quando passum plus resistit, quam agens agit; sed data hæc opin. jam adhuc agens possit tunc agere, ergo non impediretur totaliter. Tandem quando passum æquè resistit, ac sit agens activus, nulla sequitur actio, ergo multò minus sequetur, quando resistèntia excedit; antec. patet, quia agens est imperius passo, quia hoc sibi subicit inducendo formam, ergo quando luno æqualia, nulla erit actio.

Ex his colligitur, quod quando agens applicatur passo, si statim non incipit agere producendo aliquam partem formæ, nec deinceps ager in passum, nisi agens acquiritur de novo aliquid virtutis, vel passum amittit aliquid resistèntiae; ratio est, quia si statim ac fuit applicatum, non agit, quia virtus erat impotens, ergo cum eodem modo fe habeat tempore sequenti, nec etiam poterit agere. An autem ille excessus debeat esse determinatus, & quomodo, an scilicet intrinsece, an extrinsece, dicemus qual.

17. Contra arguit Mercen. ex Arist. 4. de gen. animal. 3. ubi Philosophus redens rationem, cur actio aliquando dissolvitur, ait esse, quoniam agens in agendo repatitur; interdum contingit, ut id, quod agit, plus patiat, quam agit; ex quibus colligitur agens aliquando debilius esse passo, & consequenter impotentius, ergo tunc actio provenit ex proportionem minoris inaequalitatis. Resp. agens, & patiens diversimodè posse inter se comparari, primò secundum activas potentias, quæ etiam resistèntiam habent activam, ut cum ignis, & aqua comparantur in calore, & frigore; secundò secundum potentias resistivas formales, ut an frigus fit majoris resistèntis, quod si non adest, adhæret subiecto, quam calor: tertio comparari possunt secundum potentiam activam unius, & resistivam formalem alterius; hæc est propria comparatio, quia ut fit habent rationem agentis, & patientis, ubi in prima comparatione, ambo considerantur ut agentia, in secunda, ambo ut patientia: tunc ad argum. dicimus in casu agens esse impotentius, & debilius quoad potentiam resistivam formalem respectu potentia activæ contrariis, vel quoad potentiam activam respectu ejusdem potentia activæ, non tamen quoad potentiam activam in ordine ad potentiam resistivam formalem contrariis; cum enim calidum ut unum reagit in frigidum ut octo, potentia activa ipsius est minor, quam potentia activa frigidis, quæ est interior, similitur potentia resistiva formalis est debilior, quam potentia activa frigidis, at potentia activa caloris est major, quam potentia resistiva frigidis, hæc enim superat alia; hinc semper actio erit à proportionem majoris inaequalitatis.

18. Inibis, sicut potentia activa frigidis ut octo superat potentiam activam caloris ut unum, quia licet cæteris paribus plus valeat calor ad agendum, quam frigus, at tamen aliquando propter intentionem frigidis, & remissionem caloris plus valet frigus ad agendum, quam calor, ut in casu, ergo potentia resistiva formalis frigidis ut octo debet superare potentiam activam caloris ut unum propter intentionem potentia frigidis, & remissionem potentia caloris; ergo si calor ut unum agit in frigidum ut octo, actio provenit à proportionem minoris inaequalitatis. A veris q. 39. sect. 10. negat paritatem, quia inquit, quælibet qualitas plus valet ad agendum, quam sua contraria ad resistendum. Hæc tamen responsio non videtur satisfacere, nam intentio utramque potentiam auget, ideo enim potentia activa interior dicitur major, quia fortius agit, minime illi resistitur, ergo quia potentia resistiva formalis interior difficilius vincitur, & superatur, erit majoris resistèntia, & per consequens si calor activa potentia in aliqua determinata proportionem excedit resistivam frigidis, poterit hæc taliter intendi, ut non solum æquetur illi, fed etiam superet. Tum quia flante hæc responsione nunquam possit concingere, passum totaliter impedire actionem agentis, quia potentia agentis quantumcumque renita semper excederet resistèntiam passi quantumcumque intentam; cujus oppositum ipse docet lect. 9. vide disp. præced. quæst. 4. concluf. 2.

19. Resp. igitur concedendo potentiam resistivam augeri per intentionem, & si tota resistit impedire actionem agentis, quando excedit, at si resistit solum secundum partem, in qua non excedit activitatem agentis, tunc sequi actionem, & tamen licet agens secundum omnes partes agat, non tamen passum secundum omnes partes, & secundum omnes gradus ferit passum; ratio discernimè est, quia ad agendum sufficit, ut passum sit in sphaera agentis, nec requiritur contactus, fed potest actio fieri in dilans, unde partes interiores ignis adhuc immediate agunt in passum abtque eo, quod agant in partem ignis externam, at resistèntia formalis non fe habet ut quid transiens, Maffri, & Belluzi. De Generat. & Corrupt. Tom. III.

ut est actio, fed quasi ut quid immanens, nam resistere actu est impedire, ne agens introducat formam in passum, ergo passum secundum illam partem, & secundum illum gradum resistit, circa quam partem agens applicatur, & in qua intendit producere formam, & quem gradum intendit expellere; hinc quia calor ut unum non intendit expellere omnes gradus frigidis, fed tantum unum, nec actu applicatur æquè ad omnes partes, idcirco non resistit, nisi secundum unum gradum, & secundum determinatam partem, secundum quam calores agit in adjuvante frigus; at quoniam intendens movere in tempore lapidem non applicat virtutem, sed in parte sola, nequit enim lapis moveri secundum partem, fed necessarè toto movere, hinc secundum totam potentiam resistit, quæ si excedit virtutem agentis, nulla sequetur actio. Rationes, quæ contra hæc respon. conicit Averis, supponunt intentionem qualitatè fieri secundum gradus aetherogenos, quod reprobanus disp. seq.

20. Dices, si hoc esset sequeretur agens in instanti alterare passum in parte aliqua extensa, quamvis ageret per contrarias qualitates, quod est falsum, quia alteratio fit in tempore, ut dicemus disp. seq. Prob. sequela supponendo duo principia, primum est, quod agens materiale prius agit in partem propinquioris, quam in remotioris; secundum est, quod ad agendum non sufficit quilibet excessus activitatis, nec quilibet quantitas agentis, fed determinata, itaut minor non sufficiat, ut dicimus qu. ut. tunc sic, si ad agendum requiritur determinata quantitas, ut minor non sufficiat, ergo etiam ad resistendum, assignetur pars ista passu, quæ potest resistere, cum sit divisibilis, in illa pars agens ager in propinquiori medietate, quam in remotiori, at secundum illam medietatem nequit passum resistere, ergo agens in instanti ager in illam, successio enim provenit ex resistèntia, ergo etiam in alias partes, & sic totum passum in instanti alterabitur, nunquam enim possit assignari pars, quæ primò tota simul resistit, ergo saltem est passum resistere secundum eam partem, in qua agens agit. Resp. breviter neg. ad resistendum requiri determinatam quantitatem, ut ad agendum, quia plus requiritur ad agendum, quam ad essendum, ad resistere sequitur essentia, quando enim forma est in subiecto, tandiu resistit, resistèntia enim ut diximus, non est quidam actus secundus positivus, ut actio, fed actus quidam negativus, quatenus est negatio actionis in passu.

Urgebis iterum; si passum resistit agenti secundum illam solum partem, in quam agens agit; vel resistit antequam agens agit, vel postquam egit, vel dum agit; non primum, quia resistèntia connotat oppugnationem agentis, est enim impedimentum quoddam actionis, quod si non adest, agens in introduceret formam, at antequam agens agit, & si non adest resistèntia, non ob id agens introduceret suam formam, ergo tunc passum non resistit agenti; neque secundum ut patet; neque tertium, quia dum agens agit, introducit formam, ergo passum non resistit, quia resistèntia dicit negationem actionis; tum quia in partem illam, in quam agit, iam introducit formam, ergo est contraria corrupta, ergo secundum illam partem formæ passum non resistit, quia quod non est, nequit resistere, nec resistit secundum alias partes, quæ agens nondum in illas applicavit suam virtutem, ergo potius dicendum est, passum secundum omnes partes resistere, & sic actionem fieri secundum proportionem minoris inaequalitatis.

21. Resp. Ruv. i. de gen. tract. de act. & react. qu. 1. passum resistere agentis, dum applicatur ad agendum, eo quia in illo applicationis instanti agens introduceret totam formam, ut facit luminofum in aere, in quo nulla est resistèntia respectu luminis, at non introducitur, nisi in tempore sequenti, & successivè; idcirco passum non resistit agenti actu producenti formam, fed agenti applicato. Hæc doctrina est utique vera, loquendo de resistèntia in principio actionis; at tamen debet, quia si post applicationem passum non resistit, debet agens subito introducere formam, & non successivè. Quare addendum est duobus modis posse formam aliquam resistere agenti, primò ut totaliter impediat actionem agentis, secundò partialiter, ut retardet, ne tam cito fiat, fed successivè, si enim agens in instanti produceret formam, & destrueret oppositam, nullo modo hæc agentis resistere, fed totaliter vinceretur; tum ad argum. dicimus formam resistere agenti, dum non agit, dummodo fit applicatum, tunc enim satis intelligitur passum impugnatum ab agente, unde si forma totaliter impediret actionem agentis, resistere, & tamen agens non ageret, non quia non est applicatum, sed quia superatur à resistèntia, & quantum est ex fe, ageret, nisi impediretur major est difficultas in actione successe, quo pacto, & secundum quas partes forma dicatur resistere; dicimus tamen, passum in primo instanti applicationis resistere quidem (num autem tunc producat aliquod litem indivisible, dicemus disp. seq. q. 5.) at in tempore sequenti, sicut non est assignabilis prima pars, in quam agens primo applicatur, nec prima pars formæ, quæ primò introducatur, ita non poterit assignari prima pars, & determinata formæ, quæ passum primo resistat, fed per partem indeterminatem, in quam intelligitur agens applicari successivè; itaut sic applicatio agentis intelligitur procedere natura actionem ipsius, sic etiam resistèntia ex parte passi, per quam resistèntiam agens non simul ac intelligitur applicata agit, sed in tempore immediate sequenti; quapropter cum dicitur passum resistere per partem formæ, in quam agens agit, explicari debet de applicatione ad actionem, non de actione, quia hæc non stat cum resistèntia, & quia dum jam agens agit in primam partem passi, tunc intelligitur applicatum ad secundam partem, in quam tunc etiam ageret, nisi adesset resistèntia, ideo tunc passum non



si per secundam resistit, quae resistens est causa, cur simul non agit in primam, & secundam.

22. Secundum arg. experientias, nam parva gutta aquae excavat lapidem super illum decidens; Formica quoque saepius pertransiens super illum lapidem aliquantum quasi collimat, & tamen resistens lapidis excedit activitatem guttae, & formicae. Tum quia si essent calidum, & frigidum in portione aequali applicata, nequit concipi, quin aliquo pacto inter se pugnent, sicut fit duo homines in robore dimicantes, unus in alterum agunt licet nunquam conlescent, ubi autem additio motus, potentia activa debilioris agentis propter actionem contrarii languescit, idcirco nequit totaliter vincere resistenciam alterius. Ad 2. concedimus tunc agere, quia licet intus in portione aequali quod ad potentias activas, non tamen quoad potentiam activam unius. & resistivam alterius, ut diximus ad 1. & si quoad has potentias essent aequalia, nulla foret actio, nec victoria, nec non victoria, nec exemplum esse ad propositum, quia illi homines agerent ad invicem, quia unus superaret resistenciam alterius saltem secundum partem, quamvis unus non obtineret de altero totalem victricem, quia agendo, & reagendo, ac repetendo amborum vires labefactantur. Alias rationes adducuntur infra qu. 3.

QUAESTIO II.

An idem possit in seipsum agere actione univoca.

23. Am innumus qu. praeced. in princ. posse idem in seipsum agere aequivoce ex locis ibi cit. tum in Phys. tum in lib. de Caelo; solum igitur hic loquimur de univoca actione, an scilicet calor possit seipsum intendere; Pars negativa ab omnibus ferè conceditur, praeterquam ab Aref. 1. de gen. q. 42. sed 8. concl. 3. ubi dicitur in motu à semetipso intendi, unde velociter causat motum, idem etiam concedit de lumine, sed actione reflexa, non directa; attestantia à communibus non est recedendum, quum docet Doctor in 1. d. 3. qu. 7. ad arg. Pro 2. opin. & d. 4. 2. qu. un. & manet probata ex dictis qu. praec. art. 1. si enim agens univocum nequit agere in simile, multo minus in seipsum, nihil est enim tam simile alicui, quam ipsimet sibi. Nec fundamentum Aref. de impulsu aliquid urget, nam ut diximus in lib. de Caelo disp. 3. qu. 3. impulsus ille augetur aequivoce à gravitate, non à seipso. Solum dubitari potest de actione reflexa, per reflexionem enim videtur eadem qualitas intendi univocè, idem per antiperistalticam conspicitur; ut igitur exacte hanc difficultatem examinemus, quia aliqui negant in antiperistalticis, & reflexione fieri hanc intentionem, & qui istam admittunt, multum laborant, ut causam assignent, idcirco prius videndum, num verè qualitas intendatur in his casibus, deinde causas indagabimus.

ARTICULUS I.

An qualitas per antiperistalticam, & reflexionem intendatur.

24. Antiperistalticam Graecè, Latine significat circumobfistentiam debilioris contrarii à fortiori; per quam obfistentiam contrarium obfistens in pedis, ne obfistat ulterius diffundat propriam actionem, propter quod vires suas velut in se colligit, aut aliunde magis roboratur vis eius, & consequenter magis intenditur; sic in hyeme aer in caveis obfistens à frigidiori aere calidus est, quam in aestate, idem experiri in aquis putealibus; è contra in aestate frigidiores sunt, quam obfident ab aere calido, & haec major intentio vocatur antiperistalticæ actio.

25. Reflexio est retrocessio actionis agentis in eadem parte mediis, in qua agens actione directa prius agit, propter adveniens obfistatulum in eam sphaeram agentis, quae clare explicatur exemplo motus pilae ad parietem, & specierum visibilibus in speculo. Dicitur igitur retrocessio actionis agentis, quae dupliciter fieri potest, vel rectè, vel oblique, rectè fit, si linea incidentis est perpendicularis, itaut causat duos angulos reftos cum obfistatulo, etiam reflexio erit per eandem lineam: oblique fit, quando linea erit obliqua, si scilicet linea incidentis causat angulum acutum ex parte agentis cum obfistatulo, nam tunc reflexio fiet per lineam obliquam ex parte opposita, faciendum autem angulum acutum ex alia parte, sic experiri in pila ad parietem, vel ad terram projecta: sic in projectione specierum visibilibus in speculo, nam qui in medio fe ponit, conspicit se in speculo, quia fit reflexio directa, at si est ex una parte speculi, non se videt, sed cernitur ab exillente in parte opposita, quia ibi fit reflexio obliqua. Dicitur in eadem parte mediis, in qua agens actione directa prius agit, non quod fit sensus, quamlibet reflexionem directam esse, quia rectitudo, & obliquitas reflexionis sumi debet ex rectitudine,

vel obliquitate lineae incidentis in obfistatulo, sed quia ubicunque fiat reflexio, & quomodounque semper agens prius erit in illa parte media actione directa; nam ut notat Scot. 2. d. 1. 3. qu. un. agens in diffundendo suam actionem agit sphaericè, vel sicut una sphaera impeditur, agit hemisphaericè, ita ut se habeat insular puncti in parte, à puncto autem ad circumferentiam ex qualibet parte protrahantur lineae rectae. Dicitur pro adveniens obfistatulum, quod non debet intelligi de quolibet obfistatulo, nam species visibilibus non reflectitur à pariete, sed à speculo, nec lumen ita reflectitur à corpore nigro, sicut ab alio, & hoc quia requiritur quaedam dispositio vel tergitas, vel ut obfistatulum fit receptivum illius qualitatibus, & quo magis est receptivum eo fortior fit reflexio. Dicitur tandem in eam sphaeram agentis, quia obfistatulum extrinsecum est, jam virtus agentis est exhausta, & consequenter non potest amplius agere. Hinc quia actio, quam exercet agens in reflexione, aequivalet actioni, quam ultra protraheret, si non adellet obfistatulum, & haec actio esset uniformiter difformis quoad intentionem, eodem intentionem gradu procedit in reflexione, ut dicemus. Quod igitur accidit in motu pilae, & reflexione specierum, intelligendum est evenire in aliis qualitatibus, ut cum v.g. ignis, vel luminofum nequit diffundere actionem per totam suam sphaeram propter impedimentum, reflectit circa eandem partem producendo novam qualitatem, & intendendo priorem.

Aliqui negantur per antiperistalticam verè, & realiter novam qualitatem produci, sed dixerunt hanc majorem intentionem esse solum apparentem, vel quoad sensum, quia scilicet aqua in aestate tangitur manibus calidis, idem frigidior apparet, quam in hyeme; vel quia per obfistationem contrarii magis aquae conspiciuntur, & condensantur in aestate, quam in hyeme, hinc quia maior densitas juvat ad fortius agendum, frigidiores apparent, quam in hyeme; ita Cardanus lib. 2. de subtil. ad finem, & Gal. lib. 3. de facult. simpl. medicam. c. 7. Similiter aliqui absolute negantur per reflexionem intendi verè, & realiter qualitatem, sed solum apparentem, propter densitatem scilicet, & compactam corporis occurrentis. Aref. verò 1. de gen. q. 42. sed. 9. tamen admittit in luce, non in aliis corporis qualitatibus.

26. Dicendum est primo per antiperistalticam verè, & realiter intendi qualitatem, est communis cum Arist. & Metheor. fum. 3. c. 1. & 2. prob. multis experientis, praeter adductas de aquis putealibus, & aere in subterraneis locis incluso. Venter enim animalium ex Hippocr. aphor. 1. 5. in aestate frigidior est, in hyeme calidior. Aqua nullo frigida in aestate, & manè exposita paululum solli, magis infrigida propter ambientem calorem; quod etiam contingit, si in cister in aliquantum aquae calidae proficiatur. Modica aqua super ignem injecta, & supra calcem est causa, quod ignis magis accendatur, quae verò magis calehat, & aliae multae sunt aliae experientiae. Quibus nequit responderi cum 1. obfistatione provenire à diversitate organorum sensuum. Non hi in aestate tangenter aquae puteales manibus eodem modo frigidis, ut in hyeme, vel si manibus calefactis in hyeme, ut in aestate, adhuc tepidiores apparent in hyeme, frigidiores in aestate. Tum quia in hyeme puteales aquae recenter extrahuntur quasi fumantes cernimus, quod non potest aliter explicari, nisi quia ex calore in ipsam aquam agente, multae ejus partes rariiores, & leviores facile concepto calore sursum asserunt, & evaporant. Tum quia, quod venter sit calidior in hyeme intensius, non apparet, patet ex meliori concodione ciborum, quae fit in hyeme, hinc etiam est, quod plus hyeme comeditur us, quam in aestate, & plus hi, qui in regionibus habitant frigidis, quam in calidioribus. Neque cum 2. opin. dici poterit provenire semper, & aequatè ex majori densitate. Quia sic potius aquae puteales frigidiores deberent esse in hyeme, quia densiores, frigus enim condensat, calor rarefacit, unde aqua calida rarior est frigidà, praecipue quia calor ille est adventivus, non naturalis aquae, ergo aliqua causa assignari debet. Tum quia non assignatur ratio, quo pacto fiat haec nova condensatio ad praesentiam contrarii. Rationes in contrarium petunt solutionem sequitur.

27. Dicimus 2. per reflexionem non solum lumen, sed ceteras etià qualitates intendi, ita Scot. 2. d. 1. 3. qu. un. D. & ad 3. & 4. q. 10. q. 10. in fin. quam probat agens naturale, cuius virtus non est exhausta, agit quantum potest in partem totam recipere suum effectum, & quando intra sphaeram agentis occurrit obfistatulum, non exhauritur totaliter virtus agentis, & ex alia parte reperitur medium potens recipere intentionem qualitatem, ergo agens in illud agit actione reflexa, quod enim habeat in fe prius aliam qualitatem, non officit, quia medium est receptivum intentionis qualitatibus, & qualitas ipsa est intensibilis. Accedit experientia, quia perfectus lumen est in reflexione speculi, quam in alia parte aeris, species visibilibus reflectitur, quando invenit obfistatulum (licet requiratur aliquas conditiones in illo) haec etiam est causa, cur fiat echo. Idem patet de calore, nam quo magis fit reflexio radiorum, eo intensior sentitur calor, ut apparet in aestate, & cum intra sphaeram ignis apponitur lamina ferrea. Nec est verum, quod ait Aref. hoc sic licet esse, quia obfistatulum impedit aeraem, ne distat, & consequenter ne refrigeret, ideoque sentiri majorem calorem. Non valet, quia licet aer iste distat, adhuc intensior calor sentiretur, ut patet, si apponeret efea in loco, in quo fit reflexio radiorum à speculo concavo, nam utique accenderetur, quamvis omnes insularent venti. Tum quia idem ignis intensior calorem causaret in parvo cubiculo, quam in magno, etiam fit aer è nulla parte potest exire. Tum quia si sint duo obfistatula ambo sufficienter impedienda defluxum aeris, unum tamen sit apertius altero ad reflexionem, puta si esset ex illo quo marmore, vel metallo, ceterè maior calor sentiretur ex illo obfistatulo, quam ex illo, quod est signum reflexionis.

28. In oppos. arg. ex Aref. quia sequeretur in medio intendi calorem usque ad octo gradus, & ultra, si scilicet ignis actione directa produceret in medio calorem ut octo, & sic fiet ultra, & hoc quia nequit calorem, at tuncque; ergo per reflexionem produceret calorem ut undecim. Tum 2. non latim ac ponitur obfistatulum, sentitur major intensio caloris, ut fit in lumine, siquidem evidens reflexio solum in lumine fieri, non in aliis qualitatibus. Tum 3. quia gradus fuit retrogenus, ergo nequit intensio fieri per additionem remissioris qualitatibus. Resp. facilius, quandoque producti utriusque calorem ut octo, ut fit in reflexione speculi concavi, quia ignis accenditur, nunquam tamen reflexio causabit plus octo gradus, nam ignis, qui est calidissimus, non excedit calorem ut octo, & hoc quia nequit simile agere in simile. Ad 2. idcirco reflexio luminis statim conspicitur, quia lumen propter carentiam contrarii causatur in instanti, tam actione directa, quam reflexa, at calor sicut causatur actione directa in tempore, ita etiam actione reflexa. Ad 3. patet ibi dicendum, siquidem disip. seq. falsum esse assumptum, intentionem scilicet fieri per gradus aetherogenos.

29. Secundò sequeretur, quod si luminofum v.g. aut calidum remissum existeret intra spatium reflexionis intendere per reflexionem, quod est falsum, quia iam simile potest agere in simile, & idem in seipsum actione univoca, eo quia communiter conceditur reflexionem fieri ab agente principali; sequi prob. quia si non potest intendi, magis esset, quia calidum magis nequit intendi à minori, sed hoc non obstat, nam etiam calor directè productus est intensior calore causato per reflexionem, & tamen intendit ab illo.

Hac ratione commoti Conimbr. 1. de gen. c. 9. art. 1. & Aref. Cit. sed. 12. concedunt concessi, illi quidem de lumine, & calore, esse solum de lumine, & negant paritatem, ad probationem ajuent non esse impossibile idem in seipsum agere actione univoca reflexa, sed tantum actione directa. Verum rationes, quibus Doctores probant simile non agere in simile, nec in seipsum univocè, probant tam actione directa, quam reflexa, ut intuenti patebit; maximè ratio à posteriori, nam si calidum seipsum reflexè intenderet, ergo potest intensius agere in medium nova actione, quae etiam denuò seipsum reflexè intenderet in infinitum, vel saltem usque ad summum gradum, quod tamen falsum esse docet experientia; & haec ratio concludit, siquid causa reflexionis ponatur agens, siue aliquid aliud. Nec facit, quod ait Aref. sed. 13. non sequi intentionem in infinitum, quia lumen non habet esse permanent, sed semper est in fieri, ac proinde non potest esse ratio, ut producerat majus lumen, neque potest per productionem novum luminis intendi, itaut fit principium producendum aliud lumen; tum quia etiam ut reflectitur lumen, & recipitur in ipsum luminofum, pendet ab eodem in principio, quare nequit esse ratio, ut denuò intendat per actio directæ, quia semper se habet ut reflexum. Ita responso non valet, nam non minus lumen habet esse in fieri, seu in conservari dependet, quam lux, & tamen haec est ratio producenti lumen, ergo continua dependentia non impedit, quin lumen fit ratio producenti aliud lumen, praecipue cum per ipsum fit actio univoca. Tum quia majus lumen magis illuminat, idem est ratio luminofa producenti majus lumen in medio; ergo si luminofum per reflexionem magis intenditur, habebit vim producendi majus lumen, quod autem hoc lumen fit in ipso reflexè causatum, non impedit activitatem, nam etiam lumen primum est ab ipso se causatum, & tamen est ipsi ratio agendi; idem videtur esse de igne agente per calorem à se productum.

Resp. igitur neg. leg. & exemplum de lumine non urget, qui ut supra dictum est, luminofum aequivoce producit lumen, idcirco nunquam intendetur à lumine; ac loquendo de calore concedimus non posse calidum reflexè intendi, imò si agens in aliqua parte mediis produceret calorem ejusdem intensiois, non ob id per reflexionem calor ille intendere, quomvis possit ad illam partem pervenire reflexio, & hoc quia simile non agit in simile; nec impugnat aliquid valet, quia non est calor per reflexionem causatus, qui effectivè intendit calorem directè productum, alter calor ut unum v.g. calefaceret calorem ut tria, fed est agens principale, quod per se ipsum est calor ab ipso directè productum, unde poterit illum intendere reflexè per calorem remissiorum, uterque enim non excedit vim activam virtutum.

30. Tertio in lumine non apparet, quomodo possit fieri reflexio, nam luminofum totum quod potest producere, in instanti producit, ergo non potest in eodem parte mediis agere directè, & reflexè, hoc enim dicit terminus successione. Accedit, quod sequeretur agens fortius agere in distans actione univoca, quam in propinquum, quod est falsum, agit enim uniformiter difformiter, sequitur nam intensio esset qualitas propè punctum reflexionis, quam in medio licet magis propinquo agenti. Resp. sicut fit luminofum illuminaret per totam suam sphaeram, in instanti ageret, fed in priori natura ageret in propinquo, quam in remotiori, sic cum agit actione reflexa, in eodem instanti temporis agit, sed prius natura directè, quam reflexè. Ad confirm. concedimus utique intensiorem esse qualitatem in puncto reflexionis per actionem reflexam causatam, nam qualitas ista correspondet illi, quae in longiore tractum produceretur, si non foret obfistatulum, haec autem esset intensior in parte propinquo, quam in remotiori, cum igitur eodem ordine retrocedat agens reflexa actione, quod ulterius protraheret, intensior erit qualitas in puncto reflexionis, quam in fine; hinc si fermo erit de tota qualitate directè, & reflexè producta, dici poterit agens non agere fortius in distans, quia licet qualitas reflexè produca esset ibi intensior, & in propinquo remissior, ex alio capite tamen qualitas directè producta;

ducta est intensior in propinquo, & remissior in remotiori, ideoque licet compensatio, si vero loquamur de qualitate reflexè causata, concedimus totum; neque implicat, quae valet haec ratione agens agit uniformiter difformiter, cum sit continuatio actionis directæ, & pars propinquo puncto reflexionis se habet ut propinquo agenti, quia correspondet parti propinquo, in quam ageret actione directa, si impedimentum non obfistat. Tum quia haec intensior actio in distans secundum nos non repugnat, maximè reflexa actione ex dictis disp. Phys. q. 4. art. 3.

ARTICULUS II.

Assignantur causae majores intensiois in antiperistalticis, & reflexione.

31. Quoad primam partem difficultatis de antiperistalticis, certum est apud omnes contrarium obfistens non posse esse per se causam illius majores intensiois obfistens contrarii, nam unum contrarium producit sibi simile per destructionem alterius contrarii, ergo nequit producere alterum contrarium, quia esset causa propriae destructionis, & causa productiva, & destructiva ejusdem solum, ergo esse potest causa per accidens, quatenus removel impedimentum, vel quatenus melius disponit, & applicat causam per se, ut d. cemus. Dubium est, quatenam fit per se causa huius majores intensiois. Aliqui aiant causam per se esse ipsam qualitatem, quae propter obfistationem contrarii colligit se, magisque conspuitur, sique robustior, & validior, vel propter istam collectionem ut sentiant Tol. 1. de gen. q. 14. Alud. qu. 21. Pompon. & Zab. tract. de praed. vel propter quandam reflexionem in seipsum, quia nequit ob reflexionem contrarii extendere suam actionem, ut Sues. 1. de gen. com. 95. vel jure defensionis, ut possit validius resistere contrario; ut Conimbr. 1. de gen. cap. 9. qu. 1. art. 2. Alii vero assignantur causam per se esse species quaedam intentionales à qualibet qualitate emittas, quae cum in contrarium circumstantis occurrant, ob majorem resistenciam istas retrocedunt, & in suum agens reflectuntur, atque ita illud intendunt; ita Mar. 1. de gen. qu. 17. & 18. Venet. ibid. c. 23. Saxon. q. 1; & alii Medici.

32. Nulla tamen harum opinionum satisfacit. Nam primò, quomvis conspuitur, & condensatio juvenat ad fortius agendum, non tamen supra proprias vires, ut diximus qu. praec. art. 1. concl. 1. & tamen quandoque per antiperistalticam causatur intensior qualitas; Tum quia si qualitas est subiecto violenta, non apparet, quo pacto possit se intendere per collectionem, & non potius à contrario obfistente, & à subiecto, in quo residet, destruat. Tum quia per antiperistalticam subiectum transit de uno contrario ad aliud, ut aqua in aestate est frigida, in hyeme est calida, ac conspuitur solum potest esse causa, quod qualitas castens in subiecto magis conspuitur, non tamen, quod corrumpatur, & in alteram contrariam transeat, nequit enim condensatio esse causa majores caloris, & frigris; quare assignanda est causa huius mutationis. Deinde nequit qualitas se intendere per actionem reflexam, quia ut dictum est art. praec. nec actione reflexa idem potest univocè in seipsum agere, aliter foret in infinitum intensio, iam agens magis intensum iterum fortius ageret, & sic magis reflexè se intenderet. Quia ratio offenditur, nec jure defensionis potest qualitate se intendere. Tum quia si res illa ab intrinseco habet vim producendam majorem qualitatem, ergo siue addit, siue non addit contrarium, semper producat, dummodo non fit impedita, agens enim naturale semper agit secundum altitudinem suae potentiae, imò potius esset impedimentum, maximè, quando qualitas est connaturalis subiecto, ut frigus aquae, nam aqua ex fe petit limum frigus, tanquam connaturali perfectionem praedictandam à quocunque extrinseco contrario obfistente, ergo si poterit illud acquirere, statim acquirit. Tum quia quando qualitas non est connaturalis, ut calor aquae, alia extrinseca causa erit assignanda, quod etiam concedunt Conimbr. Tandem sententia de speciebus intentionibus est falsa, quia istae species, cum sint accidentia, nequeunt migrare de subiecto in subiectum, tum quia à qualitatibus aequivoce producuntur, ergo sunt alterius rationis, & ignobiliores, causa enim aequivoce efficit suum effectum in perfectione, ergo nequeunt species illae intendens qualitates, praecipue quia species intentionales à natura ordinantur ad sententias causandas.

33. Pro resolut. nota, duplicem intentionem fieri posse per antiperistalticam, prima est intentio qualitatibus naturalis, seu subiecto convenientis ut cum aqua frigitur, vel aer calefit, secunda est intentio qualitatibus inconvenientis, & innaturalis, ut cum aqua calefit, vel aer frigitur. Insuper nota, corpora omnia calida vel frigida exhalationibus plena esse, illa ex natura sua calidis, haec frigidis, quae exhalationes in propria qualitate intensiores sunt, quam reliquae partes, sunt enim quae quinta essentia illorum corporum. Rursum ex dictis disp. 3. de Caelo 2. ad verendum proprium esse contrarium à se invicem refrigerare ex naturalis proportionibus, quae res appetit conservari ad quod maximè facit societas similitum, unde dicitur vulgò similia facillimè congregari; & hoc patet multis experientis, clarissima est illa in plumbo fervente, & liquo, hoc enim in aquam decedens consellim contra suam naturam refilit summo impetu, magnoque fragore, & in ipso aere quasi suspensum congelat; unde qui suffibus operibus incumbunt, maximè cavent, ne quid aequi humoris insideat in formis, in quibus res liquantes recipi debet; & etiam de causa vapores è rebus calidis exeuntes hyeme frigida red-



ventris, quam meridionalis. Aqua noctu frigidata accedente Sole, & calefaciente ambiente aere, antequam sua actione superest resistentiam eius, qui partes calidae intus erant incluse, ad superficiem evocantur, & alique frigida intima preterit, & sic frigior evadit. Hoc modo pepones Soli expoliti prius frigidant, donec actione Solis superante incalescunt. Hæc quoque est ratio, cur calx magis incalascit, si effundatur aqua, quam si effundatur oleum, nam aqua in primis frigore conflatur partes exteriores calis, impeditque ne partes calidiores saltem virtualiter avolent, deinde lua gravitate, & humiditate dum se insinuat in calcem, cogit partes calidiores in unum coire, unde fit, ut major calor excutitur. Oleum verò, quia calidum est, non conflatur partes exteriores calis, & quia viscosum magis adhæret partibus calis, unde fit, ut partes calidiores sibi agglutinet, impeditque quominus intus conveniant ad excitandum majorem calorem. Intellegitur etiam, cur sænum, simus columbarum, & similia flammam quandoque concipiunt, nam partes subtiliores calidiores, cum nequeant transpirare, taliter calefaciunt alias, ut dispositionem formæ ignis antingant. Quædam poma in hyeme maturecunt, cum tamen maturata sit aliqua concoctio speciei, quæ calor indiget; hoc fit quia ex frigore obfidente calor insitus intenditur, atque ita plus agit ad maturitatem, quamquam etiam siccitas multum vitat, quæ impedit putrefactionem, concipiunt etiam fruges, quæ etiam paleæ plerumque subternuntur, & in cubiculis eadem obfervantur remotis ab humiditate. Concreta primum nive frigenus acriter, mox calens immixtus, quia frigus coarctat poros, & continet spiritus calidos, & ab aliis partibus abundantiores admittuntur spiritus, ut contrario fortius reflatur. Ex quibus responderi potest ad similes calus. Tandem avest quandoque antiperistalticum contingere per totam condensationem, non per augmentum reale qualitatis, dicitur tamen actio antiperistaltica, quia densitas vivat ad celerius, fortius, & validius agendum, non tamen lupra proprias vires, ut dicitur eisdem.

34 Verum multum displicet Ruvio de gen. trad. de act. & react. 7. motus iste fugæ à contrariis, & dissimilibus, & congregationis similibus; nam, inquit, talis motus aliquando est violentus, quia res naturaliter petunt sursum, vel deorsum determinatè moveri, ergo neque ab intrinseco petunt aere, neque ab extrinseco, quia contrariis obfident non est causa per se morus localis sed solum alterationis, ergo non est admittendus; Nec est par ratio de motu corporum ad replendum vacuum; quia hoc est propter bonum commune, ideoque poterit à natura conjuncte provenire, quia quolibet corpus est pars universi, at fuga hæc à contrario non est propter commune bonum, idcirco non fiet à natura universalis. Hinc responderet ad illud de ligno effluere humorem illum non propter fugam contrarii, sed propter rarefactionem; aqua conglobatur in pulvere, quia naturaliter petit, ut partes, quantum fieri potest, appropinquent ad centrum, quod fit per illam glomerationem; aliter etiam moveri debuit aqua, cum est ab igne circumscripta, & calefacta.

36 In hæc doctrina dubitari potest, quomodo exhalationes contrariæ in intentione innaturali superent exhalationes proprias, & subiectione connaturales, nam in casu aque putalis, si aqua sit in statu naturali, frigida scilicet, vel in fumo, vel propè lammam, videtur multo plus habuisset partium exhalationum frigidarum, quæ sunt sibi propriæ, quam calidarum, cum sint innaturales, poterant igitur pauciores istæ à pluribus illis extingui, atque superari, & sic aqua non fuisset calefacta. Tum quia terræ exhalationes ex propria natura sunt frigidae, cum sint ejusdem naturæ cum terra, ex dictis disp. 4. de Cel. 9. art. ult. & calorem habent ab extrinseco, ergo non poterunt calidè conservari in aqua, sed refrigerari debent, nam præter virtutem refrigerandi intrinsecam accedit extrinsecam frigus aque. Tandem non apparet, unde tot exhalationes cõtinuè proveniant in quolibet terræ parte, maxime quæ à hyeme Sol est à nobis remotior. Relp ad id, ideo exhalationes innaturales prevalent naturalibus, quia iste faciliè transpirant propter similitudinem, quam habent cum ambiente, nam sic innaturales, quæ propter contrarietatem cum ambiente refugunt, & se intrudunt in corpore, quod intenditur. Ad 2. jam ibi diximus exhalationes terras propter siccitatem densitate retinere calorem; tum quia ad eam calens aqua, quæ primò dedit calorem, tum quia licet frigidant, continuo aliæ calidæ succedunt, & quæ reperiuntur aquam calefactam, non tam fortiter ab ipsa patiuntur. Ad 3. generari virtute Solis, aliorum, & ignium subterraneorum; quævis autem Sol in hyeme à terra distet, hoc faciè solum, quod non possit exhalationes illas sursum attrahere ad ultimum, vel medium aeris regionem, ut facit in æstate, non tamen quod totaliter non possit illas causare; tum quia poterunt in æstate generari, sed propter adveniens frigus non evaporantur, sed remanentur incluse in terræ visceribus. Nota tamen, quod inter hæc contraria obfident, & obfidentur debet esse aliqua proportio, si enim actus obfidentis valde excederet resistentiam obfidenti, non intenderebatur qualitas illius per antiperistalticum, imò remitteretur per actionem contrarii; hinc antiperistalticus non fit in rebus exigue quantitatis, ut in gutta aque.

37 Circa hæc materia displicet not. quod Arius disp. 2. de gen. sect. 9. negat ventriculum in æstate frigidorem, in hyeme calidorem esse, afferit rationem, quia in hyeme magis conveniunt calidiores cibi, in æstate frigidiores, quæ enim, ergo in hyeme stomachi calor est minor, quam in æstate, non tamen ad extinguendum ignem alius applicatur ignis, nec ad minuendum frigiditatem nisi apponitur alia nix. Tum quia quando principium aliquid à contrario obfidentur, nequit perfecte operari, sicut si liberum extaret ab obfide contrarii, ergo idem de calore animalis. Tum 3. in æstate partes corporis externæ calidiores sunt, quam in hyeme, quia calor nequit originari ab aere, aer enim non est tam intensè calidus, unde in visceribus aeri propinquioribus non sentitur calor sic intensus, ut in partibus corporis, ergo provenit à majori calore interno. Neque dicas à calore aeris evocari fortius calorem internum; Nam calor non evocatur per motum localem, quia accidens non migrat de subiecto in subiectum, sed per productionem, quatenus ab interno calore producitur in partibus externis, ergo si calor internus fortius agit in æstate, erit etiam major. Hinc responderet ad exemplum de imperfectiori concoctione, quæ fit æstate, provenire scilicet ex excessu caloris, nam ad concoctionem requiritur temperamentum in mensura ad iustitiam, quod destruitur ex intentione excedenti unius ex primis qualitatis, idcirco intensissimus calor febrilis, quamvis per totum corpus, etiam in stomacho diffusus non juvat, imò nocet concoctioni, & nutritioni.

38 Solutio hujus difficultatis, quæ potius medica est, pendet ex intellectu distinctionis caloris in naturalem, & adventivum, de quibus Medici, & quidam Philosophi loquuntur, ac si specie differrent, & hoc

hoc propter diversos effectus secundarios, quos producant ratione aliarum causarum concurrentium, præcipue forme substantialis, unde calor naturalis in stomacho concurrat ad productionem chili, non tamen in aliis corporis partibus, ut diximus disp. præced. q. 7. calor igitur naturalis ut significat accidens caloris præcedit, & substantiam lubilem, ut sunt spiritus vitales, infervit nutritio, & concoctioni in stomacho, & quia ex calore extraneo aperitur pori, & spiritus illi evaporant ad externa, sequitur, quod deficit naturalis calor, cujus carentia dicit potest frigus, & venter dicit potest frigidior, non quia revera semper intus adit frigus, sed quia propter certam debilitatem intus est debilitatus ad concoctionem exercendam stomachum, quatenus ad se secur attrahit spiritus vitales, & Gal. 1.2. de Temp. cap. 6. inquit illa, quæ putrefactio calidiora fieri advenitio calor, proprio autem frigidiora. Ex quo colligitur clarè in hyeme, & in locis septentrionalibus ventrem esse calidorem per antiperistalticum, quia ex frigore ambiente resurgunt pori, nec spiritus evaporant, unde major copia naturalis caloris reperitur in stomacho, non solum propter temperamentum in mensura, sed propter illam majorem copiam, aliter foretque exilientes in eodem loco frigido æqualiter comedere, & concoctionem efficere, nec plus languinosi, & calidiores appetere cibos, quam melancolicos, & frigidiores, si totus calor ab extra proveniret, quod est falsum. Quare concedimus in æstate ventrem calidorem esse extraneo calore, non tamen naturalis, qui ad externa avolat, quia ratione partes corporis externæ calidissimæ sentiuntur; ar in hyeme esse calidorem calore naturali. Nec est verum, principium omne semper perfectius agere in absentia contrarii, ut ait Arius 4. aliter omnis antiperistaltica actio tolleretur, quod nec ipse concederet, sed solum veritatem, quando contrarium superat potentiam alterius, sic si frigus esset intensissimus, tandem ventrem, & omnia membra congelaret, & causeret animalis interitum.

39 Dicendum, nullam ex his opinionibus esse veram, sed causam per se, & immediatam esse principium agens, quod actione directa producat qualitatem in medio, & in obfculo: ita Doctor 2. d. 4. q. 1. art. 2. & 3. & d. 11. r. q. 9. in fin. quem sequuntur Ruv. Aris. Arrag. temp. cit. & Popon. de act. art. 2. Prob. dicendum per illas opin. Primò enim nequit qualitas in medio seipsum intendere, tum quia ex dictis idem nequit in seipsum agere univoca actione; tum quia si talem haberet virtutem se intendendi, semper intendere se, licet non adesset obfculum, hoc enim per accidens se haberet ad hujusmodi actionem. Deinde, quod modus à Jode S. Th. assignatus non sit verus, patet ex dictis disp. 7. Phyl. 6. art. 3. & 4. ubi ostendimus nullum imperfectioris posse producere perfectius, etiam ut esset virtus agens perfectioris, quia virtutem illius non addit aliquid entitati imperfectiori, quæ si in se consideratur sine eundem entitatem nequit perfectius producere, neque ut esset virtus perfectioris de quo etiam agemus infra disp. 5. q. 7. fallum igitur est, qualiter in medio remiorem producere intentionem in obfculo, ut esset virtus principalis agens.

40 Quod autem obfculum non sit per se causa, neque partialis, neque totalis, prob. nam primò ex se suam densitatem, & opacitatem non est activum qualitatis reflexæ, semper enim ageret, etiam si qualitatem non reciperet ab agente principalis; vel si dicitur, qualitatem illam esse conditionem requisitam, præterquam quod gratis assumentur, deberet admitti in obfculo quocunque virtus reflexiva illius qualitatis, & sic, quia marmor potest esse obfculum actionis frigidioris, caloris, & luminis, jam ex se esset harum qualitarum activum. Neque dicit potest obfculum agere per qualitatem receptam actione directa; tum quia reflectitur alique qualitates, quæ non sunt productive alterius ejusdem rationis, sic sunt species visibiles, & in nostra sententia etiam lumen; unde cum species reflectuntur in speculo, non videntur species, sed res ipsa, si lumen reflexum non repræsentat lumen receptum in obfculo, sed lucem luminofam, ergo non causatur ab obfculo. Tum quia licet sit alterius similibus productiva, non ideo dicitur agere ad præsentiam agentis principalis, & in sua sphaera, aliter non esset major ratio, cur etiam qualitas in medio recta actione causeret, non agat. Tum quia requiritur, ut qualitas in obfculo recepta sit inferior non solum qualitatis in medio directè producta, sed etiam qualitate integrata ex qualitatibus causatis actione directa, & reflexa, vel saltem æqualis illi;

primum patet, quia si qualitas in medio esset inferior, vel æqualis qualitati obfculi, hæc non posset in illam agere, quia simile non agit in simile univocè. Secundum quoque prob. quia si qualitas illa integrata esset inferior, jam denuo posset agere in obfculum intendendo qualitatem ipsius, quæ reflexe quoque iterum intenderebatur qualitatem mediæ, & sic in infinitum, non semper autem continetur in qualitate obfculi inferioriorem esse qualitate producta directè in medio, nam vel obfculum hæc inferioriorem producit directè in medio dispositionem, non reciperet inferioriorem qualitatem, & tamen fieret reflexio; tum quia sicut fit medium propinquius esset magis dispositum remoto, non idcirco esset activa causa qualitatis productæ in remoto, pariformiter nec obfculum magis dispositum dicit potest causa qualitatis reflexæ causata: vel reciperet, quia densius, & hoc est falsum ex dictis, quia densitas non juvat ad intensius agendum.

41 Accedit, quod aliquando contingit ex reflexione radiorum stupam comburi, quod est signum illi reperiri majorem calorem; & tamen si stuppa esset quasi compensata cum speculo, non combureretur, ergo in speculo non est intensius lumen, & calor, quam in loco combustionis, ergo nequit hic calor interior à calore in obfculo recepto produci. Tum quia ut ait Doctor in 2. cit. fit obfculum effectus agens principale, & effectivum reflexionis, nunquam reflexio fieret oblique, & secundum lineam determinatè oppositam lineæ incidentiæ, quia inquit ipse, omne agens agit sphaericè, vel hemisphaericè, si ex una parte impeditur, ut patet experientia, ergo obfculum per lumen receptum deberet ubique reflectere; quia ratione probatur in nullo casu obfculum effectivè concurrere. Solum esse potest conditio necessariè requisita, nam si non adesset, ulterius agens protenderet suam actionem, tum quia videmus, quo magis obfculum est densius, & tenuius, eo majorem fieri reflexionem, ergo saltem erit conditio, & instrumentalis causa. Quapropter causa per se intendens reflexe qualitatem erit primum agens, quod patet tum ex sufficienti diversitate; tum ratione Scoti adducta ar. præced. concl. 2. tum exemplo pileæ, cujus reflexio non fit ab obfculo, sed à proiciente, ut diximus disp. 3. de Cel. n. 79.

In oppos. obic. quod obfculum per qualitatem receptam fit reflexionis causa. Tum quia Scotus in 2. cit. concedit lumen primarium in pariete receptum causare lumen secundarium, quod esse nequit, nisi per reflexionem. Tum 2. sequeretur quodlibet corpus, dummodo impediatur, sufficere ad causandum æqualem reflexionem, quod est falsum, ut patet, sed prob. quia si concurrat ut impedimentum, quodlibet sufficit ad impedendum. Tum 3. quia si reflexio agit in propinquius; vel si esset interior propè obfculum, tunc agens ageret fortius in distans, quamvis medium fit ejusdem rationis, quod est falsum. Tum 4. plus requiritur ad intendendam qualitatem, quam ad producendam aliam similem, vel remissionem in alio subiecto, ut sæpe dicitur esse, ergo si agens agendo actione directa produxit v. g. in medio calorem ut tria, non poterit per reflexionem illum intendere, patet conseq. quia ex adventu obfculi non augetur virtus agens intensive, ergo ex hoc, quod poterit producere alium calorem in subiecto distans, non debemus arguere posse agens intendere calorem ut tria in medio prius causatum, sicut ex hoc, quod calidum ut unum potest in plura diffusa producere diversos calores ut unum, non sequitur omnes istos posse producere in eodem subiecto. Tandem idem manens idem naturæ est semper facere idem, ergo quia ab obfculo non intenditur virtus agens, si primaria actione causavit calorem, ut tria, etiam semper talem calorem producat, non majorem.

42 Relp ad 1. lumen secundarium non esse ejusdem rationis cum primario, ut notavimus disp. 2. de Cel. q. 5. fed esse speciem illius, ideo licet ab illo causetur, non est proprie per reflexionem, sed per veram actionem directam, cum sit multiplicatio luminis sphaericæ, non determinatè per lineam oppositam lineæ incidentiæ, five oblique, five recte. Ad 2. concedimus ex varia dispositione obfculi variam causari reflexionem, ex quo sequitur, solum obfculum esse conditionem, concurrunt enim per opacitatem, densitatem, vel terstitatem, & hujusmodi, quæ non sunt rationes agendi, sed conditiones; quare neg. seq. ad probat. dicimus, non solum debere obfculum impedire, sed etiam per receptionem illius qualitatis debere concurrere, non active, sed ut subiectum continuans actionem directam agentis, & reflexam, quia actio reflexa incipit intrinsecè in ipso obfculo, unde multum facit, quod obfculum fit magis dispositum ad receptionem illius qualitatis, sed ergo medium propinquius multum juvat ad actionem in remotum, ita etiam obfculum. Ad 3. dicimus reflexionem intentionem esse propè obfculum, ob rationem assignatam n. 30. nec implicat actione reflexa fortius agere in remotum, quam in proximum, licet medium fit ejusdem rationis, quamvis hoc fit falsum actione directa. Ad 4. non arguimus simpliciter ex hoc posse agens agere reflexe, quia potest in aliud agere, sed cum hoc altissimum virtutem ejus non esse exhaustam quoad actionem totalem intentionem, & extensivam, & insuper qualitatem prius productam non adquire suam intentionem propter actionem uniformiter differentem, quo sensu non implicat, quod agens jam impeditum, nec exerceat suam actionem extensivè directè, eandem exerceat reflexè; sicut enim si qualitas dispersa in pluribus subiectis reducerebatur in uno, intenderebatur, ita quia virtus agens, quæ ex se esset ad plura dispersa, scilicet ad partes omnes propriæ sphaeræ totalis, esset propter obfculum ad pau-



ad pauciora restricta, poterit reflexe intendere suum effectum; quare antec. est verum, si utrobique sit fermo de actione directa...

43. Secundum, Luna est, que immediate illuminat terram, & tamen hoc illuminatio est reflexio luminis solaris, ergo per reflexionem oblatum agit, non primum agens...

Reip. ad 1. ex dictis disp. 2. de Caelo nu. 167. & seq. illuminationem Lunam non esse proprie reflexionem radi solaris, non enim conficitur Sol in Luna...

QUESTIO III.

Ad omne agens repatiatur in agendo.

44. Reactio est retributa actio, scilicet quod cum agens agit in passum, hoc vertitur in illud reagendo, sicut & repatio est quoddam reciproca passio...

45. Advertendum etiam hanc reactionem posse multipliciter accideri, nam primo potest esse quod passum agit in agens secundum eandem partem, secundum quam agens agit...

46. Rursum not. quod hanc reactionem nequit fieri in generatione, si enim agens agit in passum actione generativa, nequit passum reagere in agens...

47. Dicendum est in motu alterationis, cum omnes affigatur conditiones interveniunt, fieri reactionem secundum eandem partem, & contrarietatem, similiter in motu locali quandoque adesse in aliquo...

sensu reactionem. Est communis, & docetur a Sent. 1. d. 17. q. 3. arguendo contra Gouf. & d. 1. 5. & d. 19. & d. 4. 14. q. 1. D. & prob. ex Arist. 1. de gen. 3. & seq. 3. Phil. & c. 17. & c. 14. 4. de gen. an. c. 1. ubi docet omne agens a passu repati, ut quod fecit, habeatur ab eo...

48. In motu locali dicitur mutua quedam reactio, nam dicitur phialae vitree, si invicem colliduntur, ambe franguntur; gladium percutiens alium terit, & teritur, & alia huiusmodi exempla possunt adduci...

49. Contra conclus. arg. 1. ratione Caloratoris; si datur reactio secundum eandem partem, & contrarietatem, sequitur idem moveri motibus contrariis, quod implicat, seq. prob. ponendo calum, sit agens ignis palmaris calidus, ut octo, passum aqua frigida ut octo...

50. Prima responsio negat seq. vel quia agens, & reagens non agunt simul in eodem tempore, sed successive unum post aliud, & per motus interpositos, ut ait Paulus Venetus, & alii apud Tolqueum...

sed diversas ad modum aeris concitati, ut inquit Piccol. lib. de mat. c. 2. At hac responsio destruit reactionem, dum asserit non fieri in eadem parte temporis, vel in diversis partibus medi, quatio fieri in eadem parte temporis, vel in diversis partibus medi, quatio fieri in eadem parte temporis...

51. Secunda resp. admittit seq. quod idem simul movetur contrariis motibus, neque hoc implicare, saltem quando qualitates contrarie sunt in pugna, licet nequeant exire simul in eodem tempore...

52. Tertiò alii resp. non moveri simul contrariis motibus in gradibus intensis, eo quia si medium v. g. haberet quatuor gradus caloris, & frigus unum, si applicetur calidum ut lex, & frigidum ut quatuor, utrumque agens, ergo idem moveretur ad gradum octavi caloris...

53. Sed contra primum modum dicendi arguitur, quia ponit subiectum à corruptione unius forme tendere ad acquisitionem alterius solo numero distincte, scilicet à corruptione unius gradus frigus ad acquisitionem alterius eiusdem rationis, quod est falsum, non enim à simili fit transitus ad simile, nisi ad aliq. agens potentius aliud simile producere, ergo poterit impedire, ne precedens corruptum...

vum actionis calidi sint infinita instantia, nec sit primum assignabile quoad aliud, & aliud precedat. Tandem calidum, ut lex, potest repati à frigido ut duo; hoc tamen non potest agere in medium frigidum ut quatuor, ergo tunc agere in distans scilicet in calidum ut lex, quod habent pro inconveniēti.

Contra modum ab Arel. adductum est, quod ponit effectus invidiosos à sua causa conservari vera causalitate, quod esse falsum offendimus disp. 7. Phyl. 2. 2. quia sunt eiusdem perfectionis, nec in indistinctis eadem specie adesse ordo essentialis, Tum quia si calidum ut lex applicetur frigidum ut duo in medio frigidum ut quatuor, certè medium evaderet frigidum ut duo, qui duo gradus frigus non conservarentur ab illo frigidum, aquè enim permanent, five frigidum esset, five non, ergo ab illo nequeunt in esse dependere, conservatio enim in esse dicit essentialis dependentiam...

54. Communior responsio, quam asserunt Pompon. Tol. Conimbr. R. V. Averfa, & alii, licet non satis, nec eodem modo ab omnibus explicetur, licet negando sequamur, idem moveri motibus contrariis in gradibus intensis, & ad primum probat. de parte repalia, & respondens hanc partem, dum durat reactio aquæ, non calebit à parte non repalia, quamvis hæc agit in aquam, non enim est necesse, ut in omnibus casibus agens prius agit in propinquum, quam in remotius; si propinquus est indifferens. Pro clariori notitia huius resp. not. quod quando agens agit in passum, partes agens internæ non transmittunt actionem in passum per partes externas, sed immediate omnes simul attingunt passum per modum unius agentis, sic pars ignis non repalia non agit in aquam media repalia, per quam distans suam actionem, sed ambe immediate per modum unius, propter quod licet pars repalia repatiatur à passu, non impeditur, quia pars non repalia agit in aquam, solum est dubium, cur hæc non agit prius in partem repalam propinquorem, deinde in aquam, cum repalia fit dissimilis, & magis applicata non repalia, quam aqua. Ad quod dicimus impedimentum esse aquam reagentem, quæ in causa est, ut non repalia non agit, etenim cum ignis, & aqua sint debite applicata, agent ad invicem, nisi unum ab altero impediretur, ignis autem nequit impedire, ne aqua in ipsum ignem agit, vel enim impediret per resistentiam formalem caloris partis repalia, vel per resistentiam activam caloris totius; non primum, quia resistentia formalis actualis non est sufficiens ad hoc impedire calidum, ut videmus 1. art. 2. Neque 2. quia calor per resistentiam activam dicitur impedire actionem contrarii, in quantum debilitat illius virtutem activam, ita ut eadem proportione impedit, quia debilitat, seu minuit deservendo virtutem contrarii, quare si destruit totaliter, etiam totaliter impedit, si partialiter, taliter quoque impedit; cum igitur pars non repalia, si debet in repalam agere, hoc debet efficere impediendo virtutem activam aque producentem frigus, & hanc non impedit activa resistentia, nisi paulatim, non enim statim totaliter illam destruit; hinc est quod licet aliquo modo impedit, non tamen omnino, unde necesse est, ut aliquantum ab aqua patiatur, quæ magis etiam agit in aquam. Negamus igitur, partem non repalam prius debere agere in repalam, quam agit in aquam; necurget immediata applicatio propter impedimentum actionis contrarii; neque secundum nos implicat hanc actionem ad alium modo in distans ex dictis disp. 7. Phyl. 4. 4. art. 3. Quod etiam ipse Calculator admittit debet, dum enim concedit dari reactionem, sed non secundum eandem partem, jam admittit partem aliquam sufficienter applicatam agenti, in quam tamen agens non agit.

55. Sed contra hanc responsionem. Inlat. Arel. Tum quia non est perceptibile contraria esse propinqua, & ad invicem non pugnant, cum fit agentia naturalia. Tum quia si pars repalia esset à non repalia seorsum, iam ab aqua vinceretur, sed propter unionem cum non repalia non vincitur, signum evidens non repalam agere, & adjuvare repalam. Tum 3. si pars non repalia potest agere non agendo in repalam potest producere calorem ut octo, abique eo, quod agit in medium quod est falsum. Resp. contraria illa pugnat per resistentiam activam, non enim pars non repalia potest immediate agere in repalam producendo calorem, & expellendo frigus introducendum, nisi prius removeat impedimentum, quod est agens contrarium adu agens, removeat autem impedimentum debilitando, & minuendo virtutem ipsius, hinc est, quod superato contrario reducit postea partem repalam ad primum statum. Ad 2. concedimus quoque illam destructam fore, si scilicet seorsum, concedimus quoque à non repalia juvari, non quidem per calefactionem in illam, sed in aquam, quia minuit, & debilitat virtutem aque, unde successu temporis destruitur, & superatur. Ad 3. non esse in convenienti in medio foret aliquid impedimentum, ut fuscis ostendimus disp. Phyl. cit.

56. Ad aliam confirm. Calculatoris delumptam à medio intersecto inter agens, & passum, dicitur cum communi, medium vel carere utraque forma agente, & reagente producibili, & sic utrumque in illud agit actionibus contrariis secundum quid, scilicet quod ad gradus compossibiles qualitatum, deinde pars medi calefacta uniter calido, cum quo constituit unum agens, & pars medi frigida constituit cum aqua, v. g. unum agens igni contrarium, quæ proprie sunt agentia proxima, & immediata, quæ est una ex conditionibus requisitis ad reactionem, ut diximus; idem dicendum si medium est in qualitatibus simile agenti, & reagenti, ut si excedit qualitatem unius, sic agens dissimile agit in medium producendo intentionem qualitatis proportionatam proprie intentioni, & licet agens cum medio per